

**De Rebvs Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiae, 1605

Exemplvm Epistolæ Scriptæ A. P. Emmanvele Pinnero De Rege Mogor. Ad
P. Ioannem Aluaretz Assistentem 3. Septembris, Anno 1595. Romani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](#)

imaginem, vel Natiuitatis ad hunc Regem, & ad Principem, magno amore & benevolentia recipere. Nobis quoque optaremus mitti aliquas paruulas, pro quibusdam Christianis, qui magno affectu eas expetuant; & quasdam ex aliis.

V. P. Filius in Christo,

Hieronymus Sciauier.

EXEMPLVM EPISTOLÆ SCRIP-
PTAE A P. EMMANVELE PIN-
NERO DE REGE MOGOR.

Ad P. Ioannem Aluarez Assistentem 3. Septembris
Anno 1595. Romani.

X litteris anno proximo 94 datis iam R. V. de nostra missione aliquid cognoverit. His autem describam rationem itineris nostri, & quæ huc usq; à postremis illis contigerunt. Prolixitati ignoscat: poterit enim eo melius rationem omnium reddere P. N. ad cuius R. P. tantum breviter scribo.

Ad 3 Decembribus anno 94 Goa discellimus inuesti tritemi, quæ nos deportauit in Daman ultimam urbem nostram. Ex Daman venimus Cambaiam, primum oppidum Guzzarati magno Mogor subjectum, quæ non est assimilis Ebora in Lusitania. Instruta bonis ædibus. Singulæ placeæ eius noctu firmissimis portis, quales sunt portæ ciuitatum, clauduntur. Major pars populi est Brachmanorum. Carnibus non vescuntur, nec viuens animal occidunt, immo aues aliasque bestias mutilatas vel infirmas redimunt, & deferunt ad domum hospitalem illis sanandis institutam, quæ ego aliquoties vidi. magna aquæ penuria hæc urbs laborat, habet tamen magna quedam Viuaria, ut est Rossio Vlyssipone, (quæ platea est major circa agonali Romæ) in quibus hyeme colligunt aquam. Sunt hæc viuaria magno sumptu & belle fabricata. Ex hac urbe multi peregrinationes obeunt Gangem, hoc est, Vengalam, & nonnunquam quatuor hominum millia, plus minusve. Dynasta Vengalanus, quem hic noui in Labor, mihi affirmaz.

HISTÓRICA RELATIO

720

affirmavit; existenti in Ganga aliquando occurrere trecentum
quadringenta milia peregrinorum. Fuit ibi quidam, quis eundem
pondus donauit pauperibus tantum, quantum ter ponderare po-
tuisset eius mater. Primum pondus erat argenti, alterum aurum,
tertium margaritorum. In hoc Guzzarato vidimus Goghi, similes
sunt nostris monachis) qui in paupertate & penitentia emo-
na à nemine superantur. Nudi incedunt tempore præfigido, do-
miunt in fimetiis supra cumulum cinerum, iisque operiunt caput
& faciem. Vidi locum, quem incolebat quidam Giogus opinio
hominum sanctus, is erat in medio plateæ urbis Amadeba, ad quod
major hominum est concursus, quam ad littus Vlysiponens
quando Indicæ naues appellunt. Hic Giogus vocatus a Princepe
Sultano Morad, qui est filius Echebar Regis Mogor, non patitur,
sed dixit: Veniat Princeps huc, satis est me in hunc finem esse la-
ctum. Cognito responso, Princeps curauit eum capi, & boeufa-
gellatum inde exulare. In hac urbe inuenimus Sultanum Morad
secundum filium Mogor, qui cognito aduentu nostro, nosco ut
videre voluit, mandauitque ut se exspectaremus in arce, ad quam
ex castris, quæ leuca una aberat ab urbe, venit. Magno honore
habuit, & variis de reb⁹ nos est percotatus. Inde paucis post diebus
digressus est in bellum aduersus Regé Cadan indicum. Ante mihi
cessum autem suum nos ad se euocauit, & dixit: Probè nouil R.
nihil a me petere: sed tamen scio indigere rebus necessariis ad me
reliquum perficiendum. Antequam ei responderemus, inserviam
elephantem prægrandem & ex illo in alium grandiotem, qui er-
rat instar turris. Domum reuersti, inuenimus trecenta amictas,
quodlibet pendebat quinque laris, (quod plus est quin annas
coronatus) tres equos, & tres rhedas cum sex bubus pulcherrimis.
Omnia haec nobis erant omnia necessaria ob itineris longitudi-
nem: deerant enim, quæ rex ordinarat, & ideo fecimus, quæ an-
quin facere non licebat. Populus hic, quia Brachmanus est, non
occidit vaccas, sed tanquam matres alit. Animam autem homi-
nis mortui, si bona fuerit, aiunt ingredi vaccam. Vidi Amadeba
vaccæ in publica via animam agenti recens gramen asterni, &
muscas ab ea depelli: nec deerant, qui duos vel tres dies
quibus superuixit, ei misericordia moti afflisterent. Tanta cœsus
est, ubi lumen Euangeli nouum est. Una ab hac urbe leuca & dimi-
dia oculis meis conspexi cemiterium visu dignissimum. Possum
asseuerare R. V. me nihil unquam vidiisse præstantius, ne quidem
facella Bethleemita. In eo humatus erat quidam Cazis, magis-
ter cuiusda Regis Guzzarati, qui totam fabrica extrui cun-
git.

-emilia

DE MAGNO R^EGE M^OG^OR.

321

ipsoque & tres alii humati sunt in alio quodam facello. Opus totum marmore politissimo & elegantissimo est absolutum: paucum item marmoreum est, tribus constat areis, in quarum una numerata quadringentas quadraginta columnas marmoreas triginta palmos altas, cum suis epistylis, & basibus opere Corinthiaco, verè regio & visando. Ex uno latere erat stagnū maius planitia Vlyssiponensi, quæ dicitur, Rozzio, idque totum mirifico artificio elaboratum, cum multis fenestris bellissimis, è quibus erat respectus in stagnum. Opus inter Barbaros minimè barbarum. Vidi ibi etiam multos Mauros & Maura, venientes è continentem, sed longissime, cumque mirarer eos reformidare Lusitanos, cogoui omnes tendere Mechā ad sepulchrum Mahumēth; & quia circa Lusitanorum facultatem transire non possunt, timuerint illos. Addam hīc rem perlepidam. Etiam si Pseudopropheta iste scripto suo vetuerit, ne vlla femina innupta iter suscipiat Mecham, tamē quæ vetulæ ac iuuençulae matrimonia ineunt, ut eo peregrinari possint, & cùm ad suos reuerterint, matrimonia inita dissoluunt. Amadaba discessimus 19 Martij, & 24 eiusdem venimus in urbem, nomine Patanam, sub vesperam: & quia erat pridianus Pascha, tres dies ibi hæsimus, & festum celebrauimus. Confessi sunt de peccatis multi Christiani, qui venerant in Carauana; multum negotii habuimus cum quibusdam Armenis, qui non receperat Calendarium Gregorianum: ex mero tamen timore (quia redeundā illis erat per terram nostram, vel quia cesserant veritati) nobiscum celebrarunt Pascha, excepto uno Doctore vetulo pertinace, qui mihi dicebat nos in quinque hebdomadis aberrare, & Eccle- nam Romanam non esse reliquarum caput. Celebrauit autem suum Pascha postrema Dominica ante Domini ascensionem. Persecuti iter inuenimus multas & valde magnas Vrbes, sed admodum vastatas & dirutas, & in iis maximè Moscheæ; nec vidi villam erillis restaurati. Maximam partem in his locis sunt homines Ethnici. Penuria magna aquæ in hoc itinere laborauimus. Si quam naeti sumus, ea erat falsa, instar marinæ; & si non probassen, nunquam credidisse. Commeatus vbique tenuis; aestus ingens, itinera longissima. Quinto Maii tenuimus Lahor urbem, præcipuam, in qua sedes est Echebar regis Mogor, & totius aule. Honorificè ab eo eiusque filio Princepe recepti sumus, benevolè amplexus est nos, & plurimum se de nostro aduentu lætarì demonstrauit. Constituit, ut diuenteremus in eades percōmodas, in quibus ipse alias habitarat, flumini proximas, quia distat quindecum tantum palmorum interuallo. Magnitudine flumen æquat.

Tom. i.

ZZ

lacum.

lacum. Huc nemini patet ingressus, nisi Christianis ad audiendam misam, & quibus per nos licet, Mauris & Gentilibus; nam cetera reliquias omnibus aditum precludunt. A Rege vocata sunt vespere in sequenti, ostenditque nobis imagines Salvatoris & Eccliesie. Virginis, & tanta reverentia illas brachii suis sustinebat, que si unus e Patribus fuisset. Conspectis imaginibus flosibus procidimus in terram; quod videns nepos decenus, Princeps filius, ipse quoque genua flexit manibus iunctis; Quare oblationem status rex, dixit Principi: Ecce filium tuum. Ealdem quotidianis B. Virginis nobis commodato dedit, in sacello nostro depositas. Ostendit deinde libros suos, qui erant multi & boni, v. Biblia Regia, tum alia Biblia, Concordantias, quatuor partes summorum, Thomae, & contra gentes, & alium in Iudeos & Saracenos, &c. Soto, S. Antoninum, Historiam Pontificum, Chronica S. Francisci, Sylvestrum, Nauarrum, & Caietanum, & hos quidem duplicatos. Ordinationes præterea Lusitaniae, Commentarios Alfonso Alburcheque, Constitutiones Societatis & Exercitia, atque Aluarez, & alios multos libros. Dedit nobis quotquot petivimus, erant omnes iam dicti. Tam Rex quam Princeps nos bene habuerunt, multaque benevolentia tractarunt: animaduerti eum nullum suorum, quantumvis primiorum viorum, tam desertum, quantum nobis: vult enim nos vicissim sedere in eo puluino, in quoque solus & princeps considerare solet. Consuevit ipse prodire in portu quoddam, prominens in palatij aream, quod eius cibauerit: ita omnes prefecti & alii magno numero coeunt: huc & nos alio quando visendi eius causa accessimus; ut vidit nos, magna humilitate suscepit, inclinando caput, iubetque ut proprie accedamus, & locum commodum capiamus; quem honorem ne regibus quidem & Principibus sibi afflentibus defert. Reges autem ab eo partim armis sunt subiugati, partim sua regna ei donantur, ut illi seruirent. Mea opinione sunt ex eis quinque vel sex Reges, qui ius habent coronæ, viginti autem sex Principes filii Regum. Magnus est hic Rex Dominus, & habet post regem Cinnensem thesauros maximos: nec mirum, quia est perfectus Dominus omnium regnum suorum; omnia enim bona illorum sunt ipsis propria. Accedit quod munera maxima ad eum mittantur, nam octo dierum spatio tot oblata sunt, ut facile conficiantur millionem. Vice-rex Canaha frater consobrinus Saracenis nauit illum toto suo regno, & venit ut ei seruiret. Aduenit autem huc in die S. Augustini, 28 Augusti. Rex eum recepit sedenarius, & autem ille Rex e longinquo intervallo paulatim appropiavit,

quabat, inclinans se reverenter aliquoties, & manu terram ac
verticem contingens. Vicinior regi Mogor factus, cum quidam,
en armatus esset, palpassent, accessit ad tangendum pedem
Regis Mogor, qui manu immotus, tantum iniecit brachium in
eius collum, quod erat satis. Exurgens autem nouus Vasallus,
inter reliquos dynastas, & duces belli, regis auxilios, locum acce-
pit, quem & deinceps retinuit. Erat autem hic rex annorum tri-
ginta quinque, obtulitque Regi Mogor donum aestimatum du-
centis millibus aureorum; (quilibet autem aurcus pluris est, quam
noster scutatus). Donum fuit, bini gladioli, cum suis cingulis ex
puro auro, & lapidibus pretiosis ut pyropis, &c. duæ phialæ au-
tex, & eiusdem generis una grandis. Equus vnâ cum omni orna-
mento suo ex lapidibus pretiosis auro illigatis, aliique centum
quinquaginta equi & decem equæ, cameli quinquaginta operti
vridi holoserico & carbasino, deinde quatuor tapetes, quorum
quilibet stabant bis mille ducatis. Et magni fauoris & gratiarum loco
erat, quod donum hoc acceptaret. Ferebatur quidem non omnia
accepturus: verum ego non parum dubito. Huic muneri obla-
to successit aliud non minus à filio ipsius, quem suprà nominauerunt
Sultanum Morad, & sedem habebat in Guzzarato. Obtulit enim
elephantes; qui valebant centum quinquaginta ducatorum
millibus; vehiculum vnum aureum & alterum argenteum, & alias
etiam matricibus margaritis, ac præterea alia pretiosa. Deinde mox
illatum est aliud donum Viceregis Vengalani, quod dicebatur æ-
sumati octingentis ducatorum millibus, obtulit enim trecentos
elephantes. Denique more receptum est, ut quotidie ferè huius-
modi donatio ab eo recipiantur; & in festo quidem, quod ille ce-
lebrare solet, & appellatur Nerola, magna illi offeruntur, sic ut v-
nus belli Dux vel dynasta illi obtulerit dimidium millionem auri,
habet alii dicant, ferè fuisse integrum millionem. Imperium huius
Mogor ex parte Cambaiæ usque ad Horte procurrit ad quadrin-
gentas luntas; & a Leste, versus Oste, hoc est a Vengala ad Cindum
visque, ad sexcentas.

Iam aliquoties Rex & Princeps nobis potestatem fecerunt, ut
erigeremus vnam Ecclesiam: nos tamē cum certis de causis simu-
laremus nos esse oblitos, ecce in festo B. M A R I A E ad Niues
terum Rex repetivit: Patres excitate Ecclesiam, & facite Chri-
stianos omnes, quotquot libera voluntate volunt esse Christiani.
Cum verò huius voluntatis suæ scriptum aliquod manu eius sub-
scriptum postularemus, respondit, se, ut qui esset scriptura viua,
vid sufficere. Princeps quoque sæpen numero recepit se omnia

ad fabricam necessaria suppeditaturum. Assignatus est tamen
locus sanè peropportunus & palatio vicinus; confidimus in Deo,
futurum magnum fructum. Hic Rex sectam Mahometanorum
nino euertit, & opinionem veræ legis ei admetit. In hac vte, Ma-
schea nulla est, nec Alcoranus, qui est codex legis ipsorum. Ma-
scheæ, quæ olim fuerunt conuersæ sunt, in equorum stabula, &
domos publicas in quibus asseruant frumenta: Ad pudec-
tudos Mauros quoque die Veneris adducuntur quadriga vñ
quinquaginta porci, in Regis conspectum, vt inter se depugno-
corumque dentes curat illigari auro. Hic Rex conditor et nos-
sectæ, nomen prophetæ vult sibi attribui. Complures iam affectio-
natus est, sed auro corruptos. Adorat Deum & solem. Géitself.
Et tamen sequitur sectam Verteorum, qui more Religiorum
nà viuunt in uno cætu, & crebras pœnitentias agunt. Non re-
cuntur vñlis rebus quæ animam habuerunt. Antequam fedato-
scopis gossy pinis expurgant locum, ne fortuito casu vermiculum
aliquem sessione sua opprimant & occidant. Arbitrantur Ven-
isti mundum ab omni æternitate fuisse; licet quidam eorum id-
sificantur, eo quod multi hactenus mudi extiterint. Habeat & sit
multa dogmata inepta & ridicula, quæ ne R. V. sim molestos pro-
termittit. Damus operâ linguç Persicæ addiscēd; voluit enim
nos eius gnaros esse, vt solus nobiscum de nostra lege agere posse.
Ludū litteratum aperiūmus; eum frequentant aliquor filii præ-
pum dynastatum, & filij tres regis cuiusdam, qui ferunt ipso Ecce-
bar. Ex his discipulis duo voluntate nomine Christianæ religio-
ni, & iam petiuerunt. Alius ita commotus est, vt videatur esse &
numero discipulorum pietati imprimis addictorum, & postulat
admitti in religionem. Hic ingressus lacellum nixus genibus ante
Christum Dominum, abiecto in terram turbinato galero dimi-
Domine I s s v Christe fili Dei memento mei. Dominus cum con-
seruet, & sanctum eius desiderium expleat. Sunt aliqui Catechis-
meni, & aliqui iam facti Christiani, qui eti ex primariis non for-
sunt tamen animæ sanguine Christi redemptæ. Quendam ab ob-
litione nostrarum scholarum auditorem quodam die petivit
status est Maurus, cut biberet die ieiunio dicato, respondit illi
Quis mandauit hoc ieiunium? Tum Maurus: Mahumetus. Quid
vero, inquit: dolescens, est Mahumetus nisi pseudoprophet?
impostor? In festo autem assumptæ in celum Beatiss. Virginissimæ
publicè dixit in conuentu multorum hominum ad Christianam
religionem aspirantium, & addidit, hanc fore suam gloriam. Or-
stupuerunt Mauri, & unus mox ei dixit: Si Christianus es, adiuge-

te Christianis. Ille autem se recepit in sacellum, & accepta pri-
mum aqua benedicta, vacauit orationi. Multa huiusmodi recen-
seri possent, sed finem facio, ne R. V. sim grauis, quam obnoxia ro-
go ut nostri meminerit, & mittat aliquas sacras reliquias pro no-
bis & nouis istis plantulis, petatque pro me benedictionem à P.
N. Generali. Quod supereft, me sacrosanctis R. V. sacrifi-
ciis etiam atque etiam com-
mendo.

Ex hac Aula Magni Mogor, tertio Septembr.

Anni 1595.

V. R.

Filius indignus,

Emmanuel Pinnerus.

ZZ 3

NL

